



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Firmina V. & M. 24. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

576 VITA SANCTORVM 23. Novemb.

operam & artificem puerum, cælum ostendit,
cum mulieri improbae ædificium Iudicrum distuc-
banti oculos eripuit: quos tamen, ubi primum fa-
cinus animo vidit & agnovit, reddidit TRVD.
Egenis tam favebat, utsuas cum illis vestes com-
munes haberet, & ut illos indueret, se his exue-
ret. Talis Angelo bono adhortante patriam fugit,
& cælesti disciplinâ amplius erudiendus concessit
ad Tungrensem Episcopum Remaclum. Profectum
cælestes in vitâ radii, à morte odor & prodigia alia
complura prodierunt, ex quibus illud memorabile
imprimis est, quod cognatum, qui contra vota celo
facta in thalamum sponsam induxit, virgâ castigavit
per somnum, claudumque reddidit adulterum A-
morem patris suo deiaceps Vulcano in hoc similem.

Ex Surio.

*Beatus qui puris cordis oculis Deum semper in-
uetur, quique bonis ac honestis colloquiis delecta-
tur, & a pravis ac turpibus, que bonos mores cor-
rumpunt, abhorret; quoniam minimè fiet diaboli
emancipium. S. Ephrem de Vita spirit.*

S. FIRMINA V. & M. 24. Novemb.

Ferum ecce terra astris nubit: iterum dos san-
guis virgo, & arrha cælum est: iterum Cælites
sunt paronymphi. Nomen si nosse sponsæ cupis,
FIRMINA est, Calphurnii Vrbi Præfeti filia, &
digna tam magnâ fortunâ; quæ ut amoribus tam
castis liberius vacaret, deseruit Vrbem, & Ameri-
cam habitavit. Sed ubique castitas insidias in-
currit; una tibi tota vita lucta est. Invidet Christo
sponsam suam homo Olympius, cui Ameriæ præ-
fectura tunc erat demandata, ad cœnam & nupicias
invitat, ruenuentem thalamo includit adulter procas.

Quid

stendit,
distur-
num fa-
TAYDO.
es com-
s exue-
n fugit,
concessit
ofectum
ia alia
orabile
ta celo
stigavit
erum A.
similem.

per in-
delecta-
res cor-
diaboli

embr.
os san-
Cælites
cupis,
lia, &
us tam
c Ame-
ias in-
Christo
ix pre-
nuptias
procus.
Quid

Quid ageret captiva Christi nupta? precibus pugnat; cælum miraculis. Etenim cum Olympius jam in exosa amoris vincula manus stringeret, obriguere eosque hæ, dum castitati vietas daret, & Christianam fidem cum totâ familiâ (centum erant & quinquaginta) amplecteretur, cuius pulchritudinem ingens, quod è cælo affulsa, lumen attonitis ostendit. Et jam ecce primus pro castitate & fide Olympius occumbit, ex Christi rivali paronymus factus, habuitque socium tortorem non absimili miraculo sociatam. Sic præuentem non invita jam secuta est FIRMINA. Viam flagra stravere terberaque, &c., quas inter expiravit, faces lateri admotæ. Itaque has etiam rectè nuptiales suisse dicemus. Ex Ferrar.

Melius est habere malorum divertium, quam consortium; quia si out bona multa habet laudabilis vita & conversatio sanctorum, sic plurima mala suietas affert malorum, quam quicunque tenuerit, continentiam numquam tenere valebit. S. Laur. Iust. Lign. vit. c. 5.

S. MERCVRIVS MART. 24. Novembris.

A Vdete milites: non excludit vos cælum, si quam aliis vim etiam huic facitis. Fecit MERCVRIVS, qui male Decio primum, sed bene post Christo militavit. Cum enim in ipsa acie de Angeli sui Tutelaris manu gladium accepisset, quo hostium bene magnam partem trucidaverat; non moratus est sub illo deinceps mereri, qui optimum stipendum certam victoriam numeraret, quam ille etiam contra Decium reportavit. Quid enim? Superi! quatuor palis alligatus, distractusque, abstrahi tamen ad tyranni partes non potuit. Suspensum è capite saxum ipse pedes suspensus,

B b velut